Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Festevangelistar - Cod. St. Peter perg. 7

Oberrhein (?), [um 1200]

In Epiphania Domini

urn:nbn:de:bsz:31-13726

Visual Library

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IN EPIPHANIA DOMINI. SECUNDUM MATHEUM.

CUM·NATUS·ESSET

ihesus in bethleem iude. in diebus herodis regis. ecce ma
gi ab oriente uenerunt ierosolimam dicentes. Ubi est qui
natus est rex iudeorum. Uidimus enim stellam eius in ori
ente. & uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex
turbatus est. & omnis ierosolima cum illo. Et congregans
omnes principes sacerdotum & scribas populi. sciscitabatur ab eis ubi christus nasce
retur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam.
Et tu bethleem terra iuda. nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te
enim exiet dux. qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam uocatis
magis. diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens
illos in bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero. & cum inuene
ritis renuntiate mihi. ut & ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent
regem. abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos.
usque dum ueniens staret supra. ubi erat puer. Uidentes autem stellam. gauisi sunt
gaudio magno ualde. Et intrantes domum. inuenerunt puerum cum maria matre
eius. Et procidentes. adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis. obtulerunt ei
munera. aurum. thus. & murram. Et responso in somnis accepto ne re
direnr ad herodem. per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg